



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Bellegambe è Societate Jesu Theologi,  
Enchiridion Theologo Practicum Tripartitum, De Ivbilæo  
Ecclesiastico**

**Bellegambe, François**

**Coloniæ Agrippinæ, 1700**

Q. 7. An quis lucrari bis Jubilæum, semel in prima, & iterùm in secundâ hebdomadâ, utrâque septimanâ præstando opera præscripta?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42093**

Ratio est : Quia per præsentiam tuam in isto loco, statim acquiris jus; eum promulgatio facta perseveret semper, proindeque habeat tantas vires, quantas, si fieret præsentem te. Lugo n. 126. Gobat n. 87. & 90.

Unde, si tantum per medium diem peregrinus aut viator intra binas hebdomadas fueris in loco, in quo promulgatum est Jubilæum, poteris perinde ut incolæ loci, partem aliquam, v. g. visitationem Ecclesiarum, elemosynam, &c. perficere, reliqua autem opera alibi, continuando tuum iter, aut petere commutationem, si impedimentum occurrat.

*Q. 7. An possit quis lucrari bis Jubilæum, semel in primâ, & iterum in secundâ hebdomadâ, utraq; septimanâ præstando opera præscripta?*

R. Filliucius tr. 8. n. 261. respondet cum Navarro Natab. 32. n. 46. Henriquez l. 7. c. 11. n. 1. Sa v. Indulgentia n. 6. probabilius videri quod possit, præcipuè quia beneficium Principis tertio

tertio non præjudiciale latissimè interpretandum est; & quia istud magis favet Fidelium pietati, devotioni, & sensui: Quia tamen, inquit, hoc mense Mayo anni 1620. declaravit sacra Congregatio, tantùm semel acquiri Indulgentiam per Jubilæum, & semel tantùm à casibus absolvi quempiam posse; huic declarationi standum erit. Ita ille, qui & n. 278. dicit, referri Clementem VIII. idem declarasse.

Nihilominus, quia nihil authenticè de istâ utrâque declaratione innouit, cum & Sanctarellus ac Lezana, qui postea ipsi quoque Romæ scripserunt, nihil de illâ sciverint, ipseque Lugo, De Pœnit. disp. 27. n. 121. & seq. tacitè fateatur, se de eâ nihil scire, & asserat probabilem esse sententiam affirmantem Navarri, Henriquez, & aliorum multorum apud Dianam p. 3. tr. 4. R. 151. Asserunt Amicus, De Pœnit. disp. 20. n. 243. Pourné lib. gallico De Indulg. p. 2. c. 9. sine, Gobat. n. 92. & 478. cum eodem Navarro, San-

142 P. 3. De Jubilao extraordinario.  
Sanctarello, Lezanâ, Dianâ p. 5. tr. 12.  
R. 28. & aliis multis, videri probabili-  
liorem affirmativam, cum sit conformior Bullæ, quæ non restringit ad  
unam vicem. Et ita etiam tenent  
Lessius in 3. p. De Indulg. dub. 9. citans  
Angelum, Rosellam, & alios; Præpo-  
fitus n. 96. Pellizarius Tract. de Moni-  
libus c. 9. n. 20. §. Moneo 12. De Rho-  
des Sect. 5. n. 5. Arsdekin.

Et hæc sententia affirmans, maxi-  
mè vera est in casu, quo, obtento in  
tuâ Patriâ Jubilao, accedens ad alium  
locum, in quo illud celebratur, denuò  
perficis opera præscripta. Diana p. 3.  
supra, cum Sanctarello, & Ugolino :  
Gobat n. 94. contra De Lugo n. 122.  
& Allozam v. Indulgentia Sect. 4. n. 19.  
qui tamen n. 20. & ipse Lugo, ad-  
mittunt, si nolueris Jubilæum in  
patriâ consequi, posse te in aliâ, ubi  
promulgatum est, opera præstando  
lucrari.

Rectè autem pro praxi, valdè no-  
tandum monet Dicastillo, De Pœnit.  
tr. 9.

tr. 9. disp. 2. n. 340. quòd, cum sententia de obtinendo bis Jubilæo sit certò & solidè probabilis, atque ad absolutionem tum à censuris, tum à peccatis sufficiat sententia certò & solidè probabilis, ( ut etiam ipse docuit tr. 8. disp. 10. dub. 8. & nos P. I. Sect. 1. q. 9. R. 2. ) valitura sit absolutio.

Q. 8. Quid de aliis Indulgentiis in forma Jubilæi concessis, seu plenariis?

R. Eadem pro illis, quæ pro Jubilæo, militat ratio; adeoque videntur posse etiam bis seu sæpiùs obtineri, bis aut sæpiùs repetitis operibus injunctis. Gobat n. 95. & 134.

Excipe, nisi Pontifex addat limitationem; prout addidit in illâ, quam sub finem anni 1646. dedit Societati JESU, dicens posse tantùm semel obtineri. Similiter in Indulgentiâ plenariâ, quæ in templis ejusdem Societatis viget triduo Antecineralium, addiderunt Innocentius X. ejusque Successores, non nisi semel posse ab ullo obtineri.

Et